De

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam et
pullum filiũ subiugalis ⁊c̃ Mat·21·Quatuor sunt p̃ncipa
liter hic notãda. Primũ est q̃s sit iste rex cuius aduentus
annunciatur. Secundum est que sit filia syon cui regis aduentus
demonstrat̃·Tercium est in quali equitura equitator venire dicat̃
Quartum est ꝓpter quid aduenturus esse astruatur· ¶ De
primo notat̃ ꝙ rex iste est filius dei cui tradidit deus pater regnũ
de isto rege d̃ Daniel·7·Aspiciebam in visione noctis ⁊ ecce cum
nubibus celi q̃si filius hoĩs veniebat ⁊ vsq̃ ad antiquum dierum
peruenit̃ ⁊ in ꝯspectu eius obtulerunt eum: ⁊ dedit ei potestatẽ ⁊
honorẽ et regnũ ⁊ oẽs ꝓpl'i tribus ⁊ lingue seruient ipsi·potestas
eius p̃tas eterna que non auferet̃: ⁊ regnũ eı9 qđ non corrumpet̃
Ecce daniel qui fuit multis annis anteq̃ xp̃s nasceret̃ p̃dicit eius
amabilem incarnationem necnon ⁊ gloriosam ascensionẽ eiusdẽ
Incarnationeꝫ p̃dicit vbi ait. Aspiciebã in visione noctis ⁊ ecce
cum nubibus celi q̃si fili9 hoĩs veniebat: vnde dicit. Aspiciebã in
visione noctis qꝛ oẽs visiones ꝓphetaꝝ q̃s viderunt in via erant
q̃si visiões noctis respectu illaꝝ q̃ erunt in patria. Licet enim hic
limpide viderunt deum: ibi tñ multo limpidius videbit̃. Vidit g̊
cum nubibus celi filium hoĩs venientem. Per nubes celi caritas et
veritas intelligunt̃·he nempe distillant nobis rorẽ diuine misc̃die
Cum istis itaq̃ nubibus filius hoĩs venit: qꝛ veritas ⁊ caritas dei
filiũ efficaciter ad hoc induxerũt vt filium virginis fieri dignaret̃
Promisit enim hoc per caritatẽ ⁊ exsoluit per veritatẽ. Nubes etiã
fuit ipsa virgo maria per quaꝫ dñs venit in mundũ: de hac nube
dixerat Ysa·19·Ecce dñs ascendit super nubem leuẽ ⁊ ingrediet̃
egiptum. Nubes igit̃ est beata virgo maria que pluuiam diuine
glorie pluit toto mundo·Hec leuis fuit qm̃ credit̃ in vtero matris
fuisse sanctificata: ꝓpter qđ nunq̃ pondere alicuius peccati fuit ag
grauata. Hanc ergo dñs ascendit per assumptioneꝫ nostre carnis
⁊ sic ingressus est in egiptũ per quã mund9 iste figurat̃. Egiptus
itaq̃ tenebre vel meror interpretat̃·tunc enim tenebre ignorantie
dei fuerũt in impijs: ⁊ meror magnus erat in iustis qui aduentũ
xp̃i cum multis lacrimis expectabant. Veniens autem xp̃s ⁊ im=
piorum tenebras per semetipsum illustrauit· ⁊ merorem iustorum
pia ꝯsolatione placauit. Daniel etiaꝫ ascensionem filii dei p̃dicit
vbi ait. Et vsq̃ ad antiquum dierum peruenit ⁊ in conspectu eı9
obtulerunt illum. Per antiquuꝫ dierum deus pater intelligit̃ ad
quem xp̃s venit in ascensiõe. Humilitas enim et obedientia ipsi9
filii dei per q̃s subierat mortem: mortẽ aũt crucis obtulerunt eum
cum gloria deo patri qui dedit ei potestatem ⁊ honoreꝫ et regnum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0208
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG